Lib. VII. Tit. I.

De uſufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur.

§. 1. *Servitus* in genere, eſt jus alienâ in re conſtitutum, quo libertas Domini reſtringitur, ita, ut quis ad alterius utilitatem aliquid in ſuo pati, vel non facere, teneatur.

Eſtque reſpectu qs. poſſeſſoris
vel *immediata*, diciturque *Servitus perſonalis* { *uſusfructus* / *operæ ſervorum* / *uſus, habitatio.*
vel *immediata*, diciturq; *Servitus realis*, de quâ in ſeq. lib. 8.

§. 2. *Uſusfructus*
non *materialiter* h.e. quæcunq; fructuum perceptio, quæ dicitur uſusfr. *cauſalis*, qualem etiam Dominus habet;
ſed *formaliter* quatenus eſt ſervitus, Fruchtnieſſung/ Nießbrauch/ eſt jus, alienis rebus utendi fruendi, ſalvâ rerum ſubſtantia.

Utifrui eſt omne emolumentum quod inde provenire poteſt percipere. Ejus notetur I. *Efficiens.* II. *Objectum.* III. *Forma.*

§. 3. I. *Efficiens* ſ. conſtituens eſt vel Lex vel Voluntas Domini.

1. *Lex* Conſtituit Uſumfructum
immediatè, ut habeat eum
1. *Pater* in bonis liberorum non emancipatorum adventitiis etiamſi tranſeat ad ſecundas nuptias

Excipe {
1. quæ donata vel relicta filiof. etiã ab extraneo ſub illa conditione expreſsè.
2. Si cum patre ſuccedat filius fratri vel ſorori.
3. Si filius ſibi relictum renuente patre accipiat.
4. Si filio donata res ſit ab Auguſto vel Auguſtâ.
}

Mater (moribus Saxonicis) propter onus educationis & alimentationis.